mentula vid. *Priapus* germ. *Ein Zimmer oder Ruthe*.

Mensura strictè significat Vasculum quantitatis certæ, siccæ aut humidæ *Libr. de ponderibus* & *mensuris* c. 1. h. e. cujus cavitate recipiente certa quantitas determinatur & judicatur *Aginet. L. 7. c. 26.*

mephitis, dicitur fœtor ex ♁ re accenso, de quo *Jul. Alex. not.*

mera, i. e. *Aurora Olei Sylvat.*

Mercurialia, dicuntur omnia, quæ ex ☿ rio præparantur Germ. *Aus Queck-Silber gemacht.*

Mercurialis Seva est Aqua Onum in qua ☿ generatur, est etiam ☉ Purgativum ☉ rei coloris, quod in S linis cavernis reperitur, fossoribus optimè cognitum: Utuntur hoc per os ad Pneumoniæ. *Mart. Ru. & Johns.*

mercurii manna vid. *Manna* ☿ rii.

Mercurius Chymistarum seu *Hydrargyrius* ob mobilitatem vulgò *Itum vivum*, quod & *Rerum principium* & *Sperma Metallorum* dicitur. Non propriè quidem Metallum est, sed Metallum principium. Bernhardi Penoti à Portu S. Mariæ Aquitani, sententia de ☿ rio &c. **Mercurius** nihil aliud est quàm *Spiritus Mundi corporeus* in ventre ♃ ræ factus, qui ad se recipit Facultates omnes, tam Animales quàm Vegetabiles & Minerale, Sicuti Cera recipit in se omnium Formarum impressionem, sic ☿ omnium rerum Naturalium recipit in se proprietates. Si fuerit mundus & præparatus sicuti debet, tunc maximè perfectissimus & purissimus, purissimi ☉ ri & ☽ ti in se recipit impressionem. Sicuti ☽ na universale est Receptaculum omnium, præsertim autem ☉ lis: Sic & ☿ omnium Rerum Naturalium, Receptaculum est Univerſale virtutum earum, præsertim ☉ ri. &c. Qui plura scire cupit, legat Authores nimirum, *Paracelsum*, *Hermet*, *Trismeg. Helmontium*, *Beckerum*, *Rolfinck* & alios Ab Hermeticis ☿ rii nominatur. ♃ acerrimum, ♃ Permanens, ♃ Philosophorum, ♃ Viscosa, *Aquila volans*, ☽ tum ♃ sum, ☽ tum Vivum, Dominus Elementorum, *Draco*, *Filius fugitivus*, *Hermes*, *Latro fugitivus*, ☿ rii *Hermetis*, ☿ Metallorum, ☿ Mineralium, *Pater mirabilis*. *Scorpio* cau-

caudatus, Serpens venenosus, Servus nequam, Spiritus volans, Sputum acerrimum, Zibach, Ziabach. &c.

Mercurius absq; corrosivo tractatus in dulcedinem. Est Turpethum minerale. *Mart. Rul. & Johnf.*

Mercurius Argenti pigmentum, ist Schwefel / Bictriol / O. und Sals / weissen es die Körper solviet. *Mart. Rul. & Johnsonus.*

Mercurius coagulatus, sive ☉ Philosophorum, fit ex Mercurio vivo beneficio ☉ris, Vitrioli Ungarici, Salis communis & Aceti per Amalgamat. ▽ & Ana ablut. & in cella coagulat. & cement. per ☿. curcum. & Crocum ☿ris seu Lap. Hæmatit. ut varii modi apud Authores inveniuntur, ita varie præparatur.

Mercurius Corallinus, qui per Oleum Orum, & Aquas alias in rubedinem corallinam est adductus, *Mart. Rul. & Johnsonus.*

Mercurius crudus, est is, qui nondum separatus est à sua Matrice, in qua generatus, Germ. Mercurius / der noch in seinem Erz liget. *Mart. Rul. & Johnf.*

Mercurius Crystallinus, qui sæpè tractatus est in formam Crystalli, & perspicuitatem. *Mart. Rul. & Johnf.*

Mercurius Diaphoreticus, vid. Mercurius vitæ correctus.

Mercurius, dividitur à Mart. Rul. in xx. Species diversas, à pag. 331. ad p. 333.

Mercurius Hermetis, vid. Mercurius Chymistarum.

Mercurius Laxus, est Turbithum minerale. *Mart. Rul.*

Mercurius, Liquor omnis Chymicis dicitur, qui non inflammatur, sive sit spirituosus, acidus, vel aquosus.

Mercurius Metallorum currens, sive Metallum currens, est Mercurius vivus.

Mercurius Metallorum tractatus, est ☿us ex Metallis tractus, & præcipitatus, qui Mercurius Metallorum alias ☿ corporalis dicitur. Semen foemininum passivum. *Mart. Rul. & Johnf.*

Mercurius Metallorum, Quinta essentia, ☿ ▽ permanens, Spiritus, Semen foemininum passivum. *Mart. Rul. & Johnsonus.*

Mercurius Mineralium, est Oleitas & Unctuositas de Mineris Auri & Argenti tracta. *Mart. Rul. & Johnf. vid. ☿ Chymistarum.*

Mercurius à Natura coagulatus, est solidum Metallum. Arte verò coagulatur, aut cum Metallis, aut Mineralibus, vel sine ipsis per se, aut per alia extra mineralem Naturam existentia, *Mart. Rul. & Johnf.*

Mercurius Philosophorum, est decantatissima illa Materia, pro Lapide Philosophico. Hic Mercurius Philosophicus ex nullo perfecto Metallo elaboratur, sed proximè ex ente Metallorum primo, seu ex Radice Metallorum producitur, ibiq; quærendus, utut Philosophi dicant, materiam Lapidis hujus esse ubique, latere in stabulis, quemlibet secum portare. &c.

Sign. ☿.

Mercurius Plumbum est dissolutum. ☿. Germ. Quecksilber.

Mercurius præcipitatus albus, est Argentum vivum præcipitatum, fit per Solutionem ▽ fortis & per Præcipationem per Aquam salsam, & per Edulcorationem cum ▽ dulci, tunc philtandus, & ☿ in Philtro relictus exsiccandus. Si per Spir. Vitrioli paratur, flavus fit. *Sign. ☿, ☿, ☿, ☿, ☿.*

Mercurius Antimoniatus emeticus, est Mercurius vitæ, seu Pulvis Algarothi.

Mercurius præcipitatus Bezoarticus, compositus ex Antimonio, ☉ro & ☿rio, est Febrifugum quartanarium verum Lazari Riverii.

Mercurius præcipitatus correctus, R. ☿. per ☉. & ☿. purgati ℥ij. ▽ F. dupl. ℥viii. abstrahe ▽ Fem. ex Ana, cohobando. Tum materiae tritæ affunde ☉ Gli ℥ij. Digere & ☉, abstrahe, super ☿rium, affunde ▽ digere ℥ ʒ. 3. decanta, aliumq; ▽ affunde, idq; 3. vice repete, tandem sicca. *Pharmac. Bat. fol. 67.*

*Merc. præcipit. fixus, R. ☿. purgati ℥ij. *ci ℥ij. Flor. ☿ris ℥ij. m. & Ana, Anatu cum facibus tritum Ana iterum: deinde auge Anem, ut candescat, id quod in fundo remanet, fixum est, vocatur & Panacea.* *Pharm. Bat. fol. 67.*

- Mercurius præcipitatus flavus*, id est Turpethum minerale.
- Mercurius præcipitatus griseus*, Turpethum minerale in Aqua Rosarum lotum, & siccatum, imbibe cum Pyrceno, & (addit. Gamphor. in Pyrceno solut. aa.) L. Δ . Pyrcenum abstrahere f. a.
- Mercurius præcipitatus incarnatus*. \mathcal{R} . \mathcal{S} \mathcal{Z} in \mathcal{Z} ij. ∇ fort. solut. adde ∇ fervida \mathcal{Z} ij. sublimata Urinâ rec. ablue ac sicca f. a. *Pharmacop. Bat. fol. 67.*
- Mercurius præcipitatus laxativus*, fit ex Mercurio cum \odot \odot li vel \mathcal{F} ris in \mathcal{Z} . nâ Baln. Crystallifato, & in \mathcal{F} bulo indito, ut per horam candescat ope Ignis, deinde in Aquam calidam projecto, ut fiat \mathcal{X} flavus. ∇ am decanta, lava, exsicca, & \mathcal{V} . super eum incende f. a. *Pharmacop. Bat. fol. 67.*
- Mercurius præcipitatus ruber*, fit per solutionem part. 1. in 2. Part. Aq. fortis per abstractionem ∇ æ fort. à \mathcal{S} rio per Destillationem cum tribus Cohobiis, & Calcinationem donec rubeus \mathcal{X} . evadat.
- Mercurius præcipitatus Solaris*, per se fit ex $\mathcal{A}\mathcal{A}$. facto ex \mathcal{S} rii \mathcal{Z} iv. cum \odot . per \mathcal{S} . fusi \mathcal{Z} ij, in Vitro infernali posito, ut supra, Materiam sæpè eximendo & conterendo f. a. *Pharmac. Bat. fol. 67.*
- Mercurius præcipitatus viridis*, \mathcal{R} . \mathcal{S} . \mathcal{Z} iv. \mathcal{F} . \mathcal{Z} ij. solve separatim in ∇ fort. & misce, postea abstrahere ∇ fort. digere sublimatum cum Aceto, philtrea ac sicca f. a. *Pharmacop. Bat. fol. 67.*
- Mercurius Principium est materiale*, vaporosum, Naturæ aqueæ, subjectum nimirum Generationis, cui per vim formatricem imprimitur Forma, & absolutio adest. *Mart. Rul.*
- Mercurius regeneratus*, est primum Ens Mercurii. *Mart. Rul. & Johns.*
- Mercurius huius præcipitatus*, est Crocus Plumbi, & vocatur Minium. vid. Minium. *Sign.* \mathcal{M} , \mathcal{S} , \mathcal{F} .
- Mercurius sublimatus*, seu *Mercurium vivum sublimatum*, *Hydrargyrum*, & *Mercurium sublimatum*, Germ. *Sublimat.* Fit ex Mercurio in ∇ forti soluto & exsiccatto, cum \odot lo ad flavedinem calcinato, Sale præparato, æquali omnium pondere in Cucurbita Igne aperto sublimando. Si hæc præcipitatio reiterabitur, nitidior reddetur \mathcal{S} us \mathcal{A} tus. Alius: \mathcal{R} . \mathcal{S} rii purificati, \odot li rubificati, Salis decrepitati aa. \mathcal{Z} ij. Nitri \mathcal{Z} ij. optimè mixtis, & modico Aceti aspersis, prædicto modo \mathcal{A} a. Hic Labor bis vel ter reiterandus est. *Sign.* \mathcal{S} , \mathcal{V} , \mathcal{S} , \mathcal{F} , \mathcal{S} , \mathcal{Z} , \mathcal{S} , \mathcal{I} , \mathcal{S} , \mathcal{F} , \mathcal{S} , \mathcal{M} , \mathcal{F} .
- Mercurius sublimatus dulcis*, fit si \mathcal{S} \mathcal{A} to corrosivo, totidem Mercurii vivi purificati additur & sublimatur, Sublimatione bis vel ter reiteranda, superioribus & inferioribus impuritatibus semper rejectis, sicq; paratus erit. Dicitur vel nominatur h c \mathcal{S} \mathcal{A} tus dulcis, Draco mitigatus, Panchymagogum Mercuriale, Minerale purgans.
- Mercurius flavus & rubeus*. \mathcal{R} . \mathcal{S} , \mathcal{V} , Vitri. calcin. aa. \mathcal{Z} vj. exactè mixta \mathcal{A} a, cum \mathcal{A} to misce Nitr. & \odot parum calcinat. aa. \mathcal{Z} ij. impasta \mathcal{F} to & sublima iterum. Rubrum à Flavò separatim seorsim ∇ à ablue & \mathcal{V} supra utrumque incende, f. a.
- Mercurius vegetabilis*, *Lullius* dicit, quod fit Quinta Essentia Vini.
- Mercurius virgineus*, vocatur iste vivus & fluidus, quoniam adhuc iste Virgo, neque per Ignem fuit defloratus.
- Mercurius vitæ*, fit ex \odot \mathcal{S} nii (partibus æqualibus Reguli Antimon. & \mathcal{S} rii sublimati) parato, affusione ∇ fontanæ, statim ad fundum \mathcal{F} bitur Pulv. albus, qui edulcorandus & exsiccandus est. Vocatur & Aquila alba, Pulv. Algarothi & Algerothi, Pulvis Angelicus, Pulv. emeticus \mathcal{S} niatus \mathcal{A} tus. *Sign.* \mathcal{F} .
- Mercurius vitæ correctus*, \mathcal{S} vitæ in Phiola Δ ne \mathcal{Z} . nâ fove, donec rubere inciperit: Postmodum \mathcal{Z} . Visi sæpius ab eo abstrahere f. a. purgat sat bene per Alvum. Si \mathcal{S} vitæ cum Nitr. fixo, vel Sale fuso miscetur, & in \mathcal{F} lo calcinatur, post Calcinationem Pulvis edulcorandus, est \mathcal{S} diaphoreticus vel Bezoarticum minerale.
- Mercurius*, unum est è tribus Principiis Corpus, in quo proprietates rerum continetur, item Argentum vivum. *Mart. Rul. & Johns.*

- Mercurius vulgi*, Germ. *Quecksilber* / est Argentum vivum, Mercurius corporum, qui elicitur ex Corporibus Metallorum, dicitur etiam & resuscitatus, item Metallicus, & Plumbum dissolutum, plura apud Authores legenda sunt, & vid. Argentum vivum.
- Merda*, idem quod Stercus, Fimus, Excrementum alvi, vid. Copros.
- Merdasengi*, id est de adusto Plumbo Pulvis. *Mart. Rul. & Johnf.*
- Meresenum*, i. e. Electuarium, vel Medicina laxativa. *Haly. ap. sylv. pag. 150.*
- Mergen, Bassac, & Bassach*, est Corallus. *Mart. Rul. & Johnf.* (Ornith. c. 49)
- Mergus*, est nomen Avis ∇ ticae, cujus variae dantur Species, vid. *Ald. lib. xix.*
- Mericos*, Epitheton Medicamentorum localium. *Gorræus.*
- Meridies*, dicitur I. Medium Diei, & opponitur Mediae Nocti, sumitur aliquando tamen cum insigni latitudine. Quid Spagyrici in opere Lapidis Philosophici intelligant per Meridiem & Mediam Noctem. v. *Lib. Alch. Ph. c. 7*
- Merlucius, Maris lucius*, Piscis vocatur. qui alias Asellus saxatilis marinus dicitur. vid. *Jul. Alexand. & Aldr.*
- Meroptum*, est Oleum Amygdalinum. *Dioscor.* (tur. vid. *Aldr. & Lang.*)
- Merops*, nomen Avis, quæ & Melisophagus dicitur, ideo, quod Apibus insidie.
- Merula*, est nomen Avis & Piscis, vid. *Aldr. Galen. & Jul. Alexand.*
- Merus, Meracus*, in genere dicitur de omni illo, quod homogeneous, sincerum, nullaque alia re permixtum est. Strictius tamen sæpè sumitur de Vinò, ∇ à non diluto, sincero. vid. *Hippocr. Linden. & Rhod.*
- Mesbra*, id est Tutia alexandrina. *K.* Germ. *Suzien.* *Mart. Rul. & Johnf.*
- Mescebe*, i. e. Mastix. Germ. *Mastix.* *Dioscor.*
- Mesel, Mosel*, id est Stannum. *4.* Germ. *Zinn.* *Mart. Rul. & Johnf.*
- Mesianum*, est Nomen Emplastri. vid. *Galenus & Anicet.*
- Mesopotamenon*, est Species Unguenti Oenantharii, hoc est, ex Vino & Floribus Liliorum alborum parati, cujus Descriptio habetur apud *Eginet. lib. 7. c. 27.*
- Mespilum*, vid. Semen Mespilorum. Germ. *Mespel: Kern.*
- Messis*, dicitur illud Anni Tempus, quo Rustici Segetem maturam metunt, *Gal. lib. 1. de Antid. c. 18.* Alias Messis allegoricè quandoq; accipitur pro Maturitatis Tempore, v. g. *Messis Mineralium. Th. Chym. Vol. 1. p. 572. &c.*
- Messus, Mesus*, i. e. Liquor acetosus. *Sylvat.*
- Mest, Misal, Mosai*, est Lac acetosum. Germ. *Saure Milch.* *Mart. Rul. & Johnf.*
- Metacerasma*, significat temperatam Aquæ Mixturam. vid. *Hippocr. & Gal.*
- Metalla*, solum componuntur ex Sulphure & Argento vivo.
- Metallum conflatum* est Argentum *D.* *Mart. Rul. & Johnsonus.*
- Metallum currens*, est & vivus. *Mart. Rul. & Johnf.*
- Metallum potabile*, vid. \odot potabile, & in Tract. *Germ. Poleman. fol. 69.*
- Metallum*, propriè dicitur Corpus perfectè mixtum subterraneum, durum, ponderosum, ductile, fusile, ex Sulph. & ∇ rio, sive ∇ a ∇ ali constans. Plura de Metallorum descriptione, generatione, & principiis vid. *Casalp. de Metall. Georg. Agric. h. T. Th. Chym. Vol. 1. & seq. Schr. & alii. Sign.*
- Metallurgia*, est illa Operatio, quâ Metalla ex Fodinis eruuntur, ideoq; operationum unusquisque vocatur *Lex. Blanc.*
- Metallurgus*, seu *Metallicus*, qui in Terræ Visceribus Metalla scrutatur, ut Chymici solent. Germ. *Erz: Graber/ Bergknapp/ Bergmeister.* *Lex. Blanc.*
- Metallus primus, seu masculus*, *Helmontius* intelligit ∇ nativam.
- Metas, Mecal, Mekal*, id est Pondus. Germ. *Gewicht.* *M. R. & Johnf.*
- Metasyncretica*, sunt Temperiem Corporis naturalem temperantia, *Cass. Felix. Oribas. Demosth.*
- Metasyncretis*, est Medicamenti foris applicati Operatio, qua ex intimis recessibus Humores evocantur. vid. *Oribasium, lib. 1. cap. 34.*
- Meter*, vid. Mater. Germ. *Mutter.* *Lex. Brun.*
- Methodica Medicina* est, cujus Author fuit *Themison Laodiceus*, excultor *Thessalus Trallianus*, qui artem sex Mens. Spacio addisci posse clamitabat.
- Methodici*, sunt qui Compendium artis Methodo quæ siverunt, scil. laxi, stricti & medii Cancellis omnia comprehendentes. *Lex. Blanc.*

- Methodus*, est pars Medicinæ, quâ per Indicationes auxilia inveniuntur, ut deperdita hominis sanitas restituatur. Germ. *Nichtigkeit in der Arzney*. L. Bl.
- Methridanion*, *Scordilium Apuleij*, *Sanguis Milvi*, vid. *Scordium*. Germ. *Sachen • Knoblauch*.
- Metopion*, nomen Unguenti, estq; idem, quod *Mendesium* vel *Ægyptium*, vid. *Mendesium*, & Descriptionem apud *Dioscoridem* & *Æginetam*.
- Metretes*, *Metreta*, id est *Cadus*, vide supra; *Mensura* est maxima apud *Atticos*, capiens *Choas* duodecim, aut *Libras* centum & octo. *Gorræus*.
- Metron*, est *Mensura*. Germ. *Eine Maas*. vid. *Mensura*. *Lex. Brun*.
- Meum*, vid. *Radices Meu*. Germ. *Beer • Wurzel*.
- Mezereum*, Germ. *Sendelbast*. vid. *Cort. Mezerei*, seu *Semen Cocognidii*.
- Mia*, *Miaba* & *Miach*, i. e. *Storax*.
- Mica*, dicitur communiter minutissimum frustulum *Panis friati*. Ita *Mica Panis albi tosti* ingreditur *Pulveres pepticos* apud *Cratonem*.
- Mica Thuris*, vid. *Libanotos*, & *Manna Thuris*. Germ. *Gebröckleter Benrauch*.
- Micha*, *Michach*, id est *Venus*, *Cuprum*. ♀. Germ. *Kupffer*. *Mart. Rul. & Job.*
- Microcosmus*, est parvus & medius *Mundus* inter *firmamentalem* & *elementalem* situs naturaliter, quia de utroq; participat, id est, *Homo*, quia quicquid in illis realiter & actu continetur, in homine pariter habetur spiritualiter & potentiâ &c. vid. *Authores* & *Mart. Rul. & Johnsonus*. *Microcosmus*; tribuitur quoque *Lapidi Philosophico*, uti constat ex *Th. Chym.* Vol. I. p. 515.
- Microscopium*, vocatur *Conspicilium*, sive *Vitrum* arte paratum, quo atomi invisibiles quasi & minutula etiam insecta in molem *Colosseam* transmutantur; cujus *Inventor* creditur *Francisc. Fontana*, *Neapolitanus*. Hujus *Vitri* ope quam plurima antea ignota inventa & detecta sunt; unde *integram* mesis *observationum microscopiarum* occurrit in *Ephem. Nat. Cur. A. I. Observ. XIII.* & *A. II. Observ. XXVII.*
- Midas*, est *Vermiculus* *fabam* corrodens. *Matt. Sylvat.*
- Mifres* & *Mifros*, est *Asphaltum*. *Mart. Rul. & Jobn.*
- Milcondat*, est *Sanguis Draconis*. *Johnsonus Lex. 2. fol. 6.*
- Militaris Herba*, *Chiliophyllos*, *Supercilium*, seu *Lumbus Veneris*, est *Millefolium*. Germ. *Schaffgarben*.
- milium*, vid. *Semen Milii*, paucissimum præbet *alimentum*; estq; magis *Medicamentum*, quam *alimentum*, vid. *Galenus*.
- Milium Solis*, Germ. *Meer • Hirsen*. vid. *Semen Milii Solis*.
- Millefolium*, Germ. *Schaffs • Rippen*. vid. *Herbas*.
- millegrana*, est *Herniaria minor*. Germ. *Tausend Korn / oder Bruch • Kraut*. v. H.
- millemorbia*, est *Scrophularia*. Germ. *Braun • Wurzel*. vid. *Rad.*
- millepedes*, *multipedes*, *Polypodes*. Germ. *Keller • Eselgen*. vid. *Aselli*.
- milmon*, dicitur *Fraxinus*. Germ. *Aesch • Baum*. *Sylvat.*
- miltos*, dicitur *Latinè Rubrica*, *minium*, inter ∇ ras refertur, vimq; habet *exsiccandi*, *derergendi*, *adstringendi* &c. vid. *Hippocr. Gal. Dioscor. & Schræd.*
- milvus* vel *Ictis*, est nomen *Piscis* volantis. vid. *Aldrov. lib. 2. de Pisc. cap. 5.*
- milzatella*, ita vocatur *Scolopendrium*, & *Urtica* mortua.
- mimo*, idem quod *Simia*, est *Animal* quadrupes, *digitatum*, *viviparum*, ita dictum, quod *hominis mores* imitetur instar *mimi*. *C. Hoffm. & Aldr.*
- mina*, sive *mna*, patet ex *Dioscoride*, *Pondus* fuisse *Unciarum* sedecim, sive *Drachmas* centum viginti octo. Verum *Attica* levior erat *Romanâ*, & *pendebat* *Drachmas* centum, sive *duodecim Uncias* & *semissem*. *Romana* *pendebat* *nonaginta* & *sex* sive *Uncias* 12. ζ xij. *Alexandrina* videtur *Uncias* viginti ζ xx. *continere*, sive *Drachmas* centum & *sexaginta* ζ clx. forte illa *differentia* oritur à *Regionibus*, in quibus *Drachmæ* differebant. *mina*, sive *mna* videtur *significare* mille. vid. *Gal. Ægin. Castell. & alii.*
- minera*, propriè dicitur *Terra* sive *materia*, ex qua *mineralia* & *metallica* maxime fiunt, ut *minera Auri*, *Argenti*, *Cupri*, *Stanni*, *Antimonii* &c. *Schræd. Lib. I. Cap. 2. Mart. Rulandus*. Per translationem quoque *minera* vocatur

vocatur *materia Morbifica*, v. g. *Minera Febris à Recentioribus* passim. *Minera Philosophorum* vocatur *Lapis Philosophicus albus Operis minoris*, *Libav.* S. A. Ch. L. 5. c. 12.

Mineralia, sunt ea, quæ non sunt *Animalia* nec *Vegetabilia*: ut *Metalla* perfecta sex, ☉rum, ☽tum, ♃um, ♀um, ♂, ♄. Et *Metallis proxima* seu *Metalla Imperfecta*, ut *Antimonium* ♂. ☽tum Vivum, *Auripigmentum* ☉, *Cinnabaris nativa*. ♂. *Creta*, *Bolus*, *marcasita* ♂, *Plumbago*, *Sulphur* ♁ & *Lapidum Species* &c. Hisce accedunt *Nitrum* ☽, *Alumen* ☉, *Borax* ♂, *Sal Gemmæ* ☉ *Sal Marinum* ☉, ☽li species &c. Sed illa sunt Elementa mixta ex acido composita & *Mineralium* particulis acutis. *Succinum* quoque addunt, quod tamen alicujus arboris *Bitumen* sive *Resina* esse videtur. Item *Corallum*, est quoddam *vegetabile submarinum*. Germ. *Mineralien*. Plura legenda sunt apud *Mart. Rul. Schræd., Libav., & alios*.

Min. ita à *Medicis* præscript. sive aliàs notat. legend. est *Minor*, *Minus* s. *minoris*.

Minister, vocatur, qui *Ægris* officia præstat & alii vid. *Gal.*

Minium Artificiale, *Cinnabrium Artificiale* ☽ *Zinnober* vid. *Cinnabaris factitia* ♂.

Minium vide *Miltos*, significat *Rubricam*. Deinde dicitur *Saturnus vel Plumbum per Calcinationem re-verberatoriam* ☽tum *Schræd. l. 3. c. 13.* Dicitur & *Crocus* ☽ ni ☽tus. *Mart. Rul. & Johns.* vel est *Calx* ☽ ni continuâ agitatione re-verberata ulterius ut rubescat, quoque vocatur ☽ *Cinnabarinus* ☽ ninus. Germ. *Menig.* Plura legenda sunt apud *Paracelsum & alios*.

Minium Nativum est *Cinnabaris Nativa* seu *Metallica*. ☽ V. *Cinnabaris Nativ.*

minium in *Anglia & Norimb.* in magna copia præparatur. Crescit etiam in *Bethica & Sisapo.*

Minium Secundarium, *Sandix*, *Syricum*, *Sandaracha factitia* ex *Plumbo* vel *Cerussa* Germ. *Menig.* ☽

Minor Mundus vid. *Vitrum.*

Minoratio seu *Medicamenta Minorativa* sunt eadem, quæ *Lenitiva Lex.* *Brun.*

Mintbeagria, *Hedysmos agrios*, *Balsamita Felina*, *Mentha Caballina* Germ. *Bayen* *Müns* oder *Ros* *Müns.*

Misadir, *Mixadir* est *Sal Armoniacum* * Germ. *Salmiax* *Mart. Rul. & Johns.*

Minutum, i.e. *Thus.* Germ. *Benrauch Sylvat.*

Miopone & Mioponel, i.e. *Psilothrum.* Germ. *Ein Mittel daß die Haare aus fallen.*

Miristica, dicuntur *Medicamenta Redolentia*, *Odorifera.* Inde *Karea Miristica*, i.e. *Nux Moschata.* *Matth. Sylvat.*

Mirmicelon, vocatur ☽ Formicarum. Germ. *Ameisen-Del.*

Mirmicolenia, est *Lac Formicarum.* *Ameisen-Milch.*

Misce, scribitur plerumque per *M* simplex in fine *Formularum*, & denotat *Mixtionem* duorum vel plurium *Medicamentorum.* Sign. *M, M,*

Misii seu *Atramentum Luteum.* Germ. *Gelber Berg-Schwefel / Gcele Atrament.* Fossile est & spontè in *Terræ visceribus* nascitur, inque *Fodinis Goslarie* *Erariis* reperitur, & est efflorescentia *Chalcitis.* Dicitur & *Misy* vid. *Misy.*

Missæ, ænigmaticè quoque translata ad *Mysterium Lapidis Philosophici*, cujus descriptionem sub *Forma Missæ* proposuisse *Nicolaum Melchiorem Cibi-* nensem testatur *Libav. Tom. II. Oper. p. 350.*

Missadan est ☽tum Vivum. *Mart. Rul. & Johnsonus.*

Missadar est ☽. *Mart. Rul. & Johns.* Germ. *Queck-Silber.*

Misserassi id est *Gypsum.* *Mart. Rulandus*, Germ. *Gyps*

Mysterium Magnum, est omnium *Rerum Materia prima*, *Principium & Mater* conjunctarum corruptibilium *Creaturarum DEI.* vid. *Libr. ad Athenienses.* *Mart. Rul. & Johnson.*

Mistio, *Mixtio*, *Mixtura* & *Mistura*, ita diversi ☽ res, *Species & Medicamenta simplicia* solida dicuntur misceri, ubi tamen nulla fit *Comunicatio* aut *transitio Virtutis* propriæ in alteram. *Chymici* ita describunt: *Mistio* est *Compositio* per *Minima* undiquaque. *Ejus Species* quatuor sunt. *Inceratio*, *incorporatio*, *Colliquatio & Confusio.* *Mart. Rul. & John.* De his *Species* vid. in suis *Literis.*

Mistu-

- Mistura** quoque vocantur certæ quædam Formulæ Remèdiorum compositorum, inter quas palmam fert mixtura Simplex seu Diaphoretica, de qua in Dispensatoriis leg. &c. & vid. Mixtio.
- Misy**, secundum quosdam genus Myrrhæ est, aliàs etiam quiddam est ex tuberibus, ut vult Plin. Libro 19. c. 3. vid. Mart. Rul. fol. 336. Sed hoc loco metallicum recrementum, dicitur cum Chalcitide cognatum & cum Chalcitide nascitur, præterquam, quod tenuiorum sit partium.
- Misy**, est minerale, sive potius Chalcitidis efflorescentia, colore ☉rum imitans, ☉reis que scintillis, dum frangitur, splendens, natum super Chalcitim & ex Chalciti, non secus ac Erugo nascitur super æs & ex ære.
- Misy** & **Sory** Chalcitidi generi cognata sunt, ex una radice quasi producta. Tenuius est Misy crassius est Sory. Hodie Misy omnino non cognoscitur, & multis seculis in usu non fuit. vid. Misi & Lex. Brun.
- Mithridanion** & **Mithridatia Apuley**, **Scordilium**, **Sanguis Milvi** est Scordium Germ. Pachen Knoblauch vid. Herb.
- Mithridates Rex Asiae minoris**, qui poterat 22. Linguas loqui.
- Mithridatium** (mater omnium Antidotorum) à Rege Mithridate compositum & pro Antidoto habitum ad depellenda è corpore Venena: ab Antiquis plurimi æstimatur: verum quia constat ex simplicibus, quoad effecta contrariis, nunc temporis non tanti venit: nam si Opium & pauca calida demerentur, tota compositio viribus esset orbata. Hujus variæ dantur compositiones. Germ. Mithridat.
- Mitigatio** idem quod Lenitio. Mitigatoria remedia vel Mitigantia eadem cum Anodynis, quæ dolorem leniunt. vid. Anodyna. Lex. Brun.
- Mitigativa medicamenta**, quæ dolorem sopiunt ac mitigant vid. Anodyna.
- Mirva** est quæ cum Succo alicujus Pomi, beneficio Sacchari. ad consistentiam Syrupi spissioris vel Gelatinæ cocta, in Officinis occurrit **Mirva Cydoneorum simplex** & **composita**. vid. Dispensatoria.
- Mixaria** seu **Myxa**, Germ. Schwatze Brust-Beeren vid. Sebesten.
- Mixtio**, **Mixtura**, **Mistio**, **Mistura**, **Crama**, **Croma** & **Chrama** est compositio 2. vel quatuor ingredientium, sive sint ∇æ, Confectiones, Electuaria, Olea, Pulveres &c. videatur mistio. Lex. Brun.
- M.S.** ita à Medicis præscript. vel aliàs notat. Legend. est **Mixtura simplex**.
- Mixtura 4. spirituum**, Mixturæ simplici addatur — C. C. rectific.
- Mixtura simplex sive 3. Spirituum** seu **Diatrion Spirituum**. componitur ex — Theriacali camphorat. Spiritu ☐ri rectific. & Spiritu Olii, ut Dispensatoria ostendunt.
- Mna** idem quod **Mina**, significat mille & Pondus. vid. Mina.
- Mnasei Pharmacum**, Emplastrum est ab Authore **Mnasea**, secundo ordine emolliens, cujus descriptio habetur apud Galenum & Aeginetam.
- Moceidium**, **Moceidon**, est Semen Papaveris albi Germ. Weisser Nag Saamen.
- Mochiromilon**, est Mola manualis, qua teruntur Medicinalia. **Cassius Felix**.
- Modios**, **Modius**, **Mensura** dicitur, continens sedecim Sextarios, Gal. Gorræus Libro de Mensuris & ponderibus c. 5. vid. Symmetria.
- Modium**, est Pondus XL Librarum. Galen. c. 4.
- Modus**, Vocabulum multiplicem & variam habens notationem, uti notavit Galenus. 3. in 1. epid. T. 1. & alibi. Usitatissima significatio illa est, quando notat conditionem, differentiam, formam, vel certam circumscriptionem, indolem ac rationem alicujus rei; Ratio applicandi, Modus utendi &c. vid. Schrad. Rolfinck & alii.
- Mola**, est nomen Medicamenti compositi, Dentium dolores mitigantis, cujus variæ formulæ leguntur apud Gal. Libro 5. de C.M.S.L. c. 9.
- Molibdena**, i.e. Plumbum Germ. Gebrandt-Blen. Sylvat. sed Dioscorid. dicit, quod sit quasi Stercus ☉ri, vel ☽ti. Germ. Gold-oder Silber-Schaum.
- Molibato**, **Molibatum**, & **Calceum** est Æs Plumbi. Mart. Rul. & Johns.
- Molitura** significat propriè ipsam molendi actionem, quæ fit in Molis, est que spe-

- Species Trituræ, quando grana rediguntur in farinam. Hinc & apud *Scribon.* leguntur molita Faba, Ervum molitum, Piper &c. n. 195. seq. vid. *Lex. Rhod. Scrib.* de Molitura vid. etiam *Jul. Alex.* lib. 8. Salubr. cap. 11. Chymicè molere, est calcinare Metalla per Hydrargyrum, estque idem, quod Amalgama. *Libav.* Tract. de Δ ne natur. cap. 30. &c.
- Mollicinus*, epitheton Medicamentorum, quæ connatam humiditatem habent, qualis est in pinguibus singulisque oleosis Medicamentis &c. *Gal.*
- Mollientia*, vid. Emollientia. Germ. *Erweichende Sachen.*
- Mollis*, Germ. *Weich / gelind /* vid. Malacos.
- Mollitorius*, idem quod Emolliens. Legitur apud *For.* lib. 3.
- molluca*, dicitur Cancer, cui amissâ veteri crustâ, nova subit tenera. *Linden.* Ex. VI. §. 4.
- Molluscum*, idem quod Malacion, vid. Malacion.
- moloch*, Chymistis vocatur Saturninus, seu Plumbeus Catinus, per quem in Δ ne fervente Argentum vivum trajicitur. *Libav.* Tract. de Δ ne Naturæ. cap. 35.
- Molochine*, epitheton Emplastri cujusdam viridis. apud *Gal.* lib. 2. c. 2.
- molochites*, Gemma est non translucens, vid. Malachites.
- Molybdæna*, 1. vel est Plumbago metallica. 2. nata è Plumbo & Ære. 3. è Mixtura Plumbi & Argenti. 4. è Mixtura huius & Auri. 5. Plumbeis Laminis coacta. 6. in media catini parte orta. 7. Molybdænæ Cinis. *M. Rul. & Johnf.* vid. Plumbago, Galena & Lithargyrium, & plumbarius Lapis.
- Molybdetis*, epitheton alicujus Lithargyrii, vid. Lithargyros. *Gorraus.*
- molybdochros*, *Molebdochrus*, dicitur plumbeus Colore, usurpaturque de iis, qui Leniosi sunt, *Lang. & Dioscor.* de Plumbaginis specie peiori.
- molybdœides*, *Plumbarius*, epitheton Lapidis sic dicti, à Plumbi similitudine, viribus iisdem præditi, quibus & Plumbi scoria, sive Recrementum. Quid verò sit nemo veterum explicavit, *Gorraus.* An fortassis ipsa Minera Plumbi ita dicitur? *Lex. Brunonis.*
- Molybdos*, est Plumbum. Germ. *Bley.* h. vocatur Metallum vilissimum, constans ex multo ξ rio, \ddagger re indigesto, Sale aluminoso ponderosissimum, cujus Historiam, præparandique varietatem ad usum medicum, vid. *Schræd. Fr. Hoffm. Rul. Johnf. Libav. & alii* Authores. Apud Chymicos dicitur Saturnus. h. vid. Plumbum. *Lex. Brun.*
- Molyza*, vocatur vel Caput Allii, vel Allium simplex caput habens, & non in plura divisum. *Galen.* in expol. voc. Hippocr.
- Momordica*, seu *Balsamina cucumerina*, *Viticella*, *Charantia*, *Pomum mirabile*, *Pomum Hierosolymitanum.* Germ. *Momordica: Aepffel / oder Balsam: Aepffel.* nusquam provenit, nisi in hortis colitur vid. Herbas.
- Monas*, *Unitas*, Terminus Spagyricus est & Hieroglyphicus, dum ex uno ad unum omnia deducere conantur. vid. *Th. Chym.* Vol. II. pag. 183. seqq. vocatur & aliis *Clyffus* vel *Elixir*, quando extractæ partes ex simplicibus iterum copulantur, quam operationem Philosophi & Arcanorum Professores unitatem ex Triade; Alii Circulum ex quadrato dicunt. *Libav.* Alch. Pharmac. cap. 27.
- Monedula*, nomen Avis, *Aristoteli*, Lupus, dictæ, quæ est Species Graculi, vid. *Aldrov.* lib. 12. Ornith. cap. 9.
- Monoceros*, latine *Unicornis*, nomen Animalis & prominentiæ illius ossæ, quæ ex Animali illo excrecere creditur, & pro singularissimo Alexipharmaco habetur, latine *Unicornu.* Verum quantis adhuc dubiis & scrupulis implicata sit hæc de Unicornu Historia, legi poterit apud *Aldrov.* lib. 1. de Quadrupedibus. cap. 6. *Casp. Rejes C. Elyf.* p. 67. *Schræd.* lib. 5. cl. 1. n. 39. *Fr. Hoffm.* in Clav. ad hunc locum, qui existimat Unicornu, quod hodieque in diversis locis asservatur, esse nihil aliud, quam dentem Balænæ. Verum tamen Unicornu dari, existimat *Chiocc. Mus. Calc.* Sect. 6. pag. 687. Alias datur & Unicornu fosile, Lapis Ceratites, Ebur fosile, estque colore

colore & levore Cornu referens, interdum & formâ ipsâ. *Schræderus* lib. 3. cap. 8. n. 21. *Fr. Hoffm.* ad. h.l. Medicamentum quoq; Chymicum ex Auro paratum, quod aliàs Manna ☉laris dicitur, appellatur quoq; Unicornu ☉lare, *Schræd.* lib. 3. cap. 9. *Johns.* lib. 2. *Lex. Chym.* qui & ex Mynsichto Unicornu mineralis facit mentionem.

monophyllum, Unifolium, Gramen Parnassi, Germ. Einblatt. vid. Herb.

Monæmeros, epitheton Collyriorum, quæ unius diei spacio Ophthalmias cure possunt. *Galen.* lib. 4. de C.M.S. c. 2.

monowelon, est nomen Collyrii, quod unica specilli inductione Oculorum inflammationi medeatur. vid. *Aëtius & Gorr.*

Montifringilla, est nomen Aviculæ montanæ. vid. *Aldr.* lib. 18. cap. 7.

monycha, & *Mononycha*, dicuntur Animalia solidam Ungulam unicam habentia, uti sunt Equi, latinè Solipeda, aut Solunguia, sive Solidunguia. *Hipp. Galen. & Foef.*

Mora Bati, seu *Mora Vaticana*, Germ. Brombeer. Crescunt hinc inde in Sylvis.

Mora, seu *Mora celsa & domestica*, Germ. Maulbeer. Arbor cognita, quæ gaudet urbanis Hortis & areis, locisq; maximè propè Muros.

mordi Lapides, vocantur Pisciculi quidam, suntq; Species Fundulorum, sed vilior. Meminit *Jul. Alex.* lib. 15. Sal. cap. 7.

Morella, Morellum, Solatrum, Germ. Nachtschatten. vid. Herbam Solani.

Morella, Strychnos & Trychnos, Uva lupina & vulpina. vid. Solanum. Germ. Nacht-Schatten.

Moretarium, idem quod Mortarium. *Rhod. in Lex. Scrib.* p. 411.

Moretus, Mulierculis nostris usitatisimum Potionis Genus aromaticum est, quod parari faciunt, ubi præsumptio imprægnationis adest, pervasum nimirum sibi habent, falsam Imprægnationem exturbari, veram corroborari. Moretum dicitur, à Moris, seu Diamoro ingrediente. Germ. Maulbeer-Tranf. *Schr.* lib. 2. cap. 64.

Mormyros, vocatur Piscis quidam marinus. vid. *Aldr.* lib. 2. de Pisc. c. 19.

Morochthos, *Galen.* lib. 9. de S. F. Dicitur Lapis quidam mollior, candidus, ita ut eo Lineæ ducantur. Vid. *Dioscorid.* lib. 5. cap. 152.

morochtus Lapis, est Osteocolla, Lapis fabulosus. Germ. Boll-Stein / Beins Bruch. vid. Lap. Osteocoll.

Morphnos, nomen Avis, ad Aquilas pertinentis, quæ & Anaticida, Clangos, Plangos, dicitur. vid. *Aldrov.* lib. 2. *Ornith.* cap. 8. & 9.

Mors & mortificatio, non nisi Animæ à Corpore existit separatio & Corporis in Elementa & Principia Resolutio; Nam axioma Chymicum est, quando aliquid redit in id, quod antea fuit (ut in Resolutione Metallorum, quæ omnium difficillima est,) sæpius accidet, Signum illud esse ultimam Resolutionem nondum factum, nec animam à Corpore separatam. *Johnson. Lex.* 3. p. 58.

Morselli & Morsuli, Tabulæ & Tabellæ, Medicamenta sunt quadrata ut plurimum, parata ex Tribus & similibus Saccharo soluto susceptis, superque Tabulam ligneam madefactam effusis, ut consolidentur. Germ. Morsellen. vocantur etiam Pastæ Regiæ. *Lex. Blanc.*

morsus Diaboli, Succisa, Jacea nigra, Germ. Teuffels Abbiß. vid. Herb. & Radices.

Morsus Gallinæ, Pabulum anserinum, Alsiua, vid. Alsiue in Herbis.

morsus mulierum, Teucrium, Pseudo-Chamædris, vid. Chamædris vulgaris. Germ. Wilde Chamänderlein.

mortarium, Moretarium, & Mortariolum (diminutivum) est Instrumentum, & Vas Pharmacopœis usitatum ex Ferro, Ligno, Marmore, Orichalco, Plumbo & vitro confectum, in quo Monachò, Pilâ aut Pistillò, cum tubore rotundo, ferreò, lapideo, ligneo, orichalcèo, plumbeo vel vitreo res quædam contunduntur. Germ. Ein Mörjel. *Lex. Brun.*

Morum,

Morum, Germ. *Mausbeer*. Est Fructus Arboris cognitæ. vid. *mora celsa*.

Morus passus, *mora bati vaticana*, vid. *Rubus Idæus*. Germ. *Him-Beer*.

Mos, dicitur Edulium, & Pulmentum usitatisimum in Germania, ex Farina triticea, vel Zea paratum cum Lacte; quod non solum Rustici utuntur, sed & penè matres omnes & nutrices Infantes replent. *Jul. Alex. & Galenus*.

Moschata Nux, *Nux aromatica*, Germ. *Muschaten-Nuß*. vid. *nux aromatica*.

Moschatella Apiana, *Scirpula*, *Stacula*, *Sticula*, vid. *Venucula*.

Moschocaryon, seu *Moschocarydion*, *Nux myristica*, vid. *nux aromatica*.

Moschus, est Liquor exsiccatu, communi & vulgari traditione, qui ex ista Vomica, vel Abscessu, circa Umbilicum animalis moschi, sive Capreoli moschi, aut Gacellæ Indicæ, vel moschiferæ Capræ, hærente, certò tempore promanat, quem dein moschum dicimus. Quare moschus similiter habeat Pelliculam naturalem, seu Folliculum, in quo colligatur & contineatur Liquor iste moschus. vid. *Jonstonus & Eustachius*. Legitimus iste moschus, qui reperitur in Receptaculo à natura destinato, est optimus: Quidam, esse sanie ex tumore circa Umbilicum istius Animalis promanantem volunt: alii testiculos ejusdem, alii aliud quid censent. moschifera Caprea, Capræ minoris species est, dentibus duobus versus inferiora prominens, quadrupes, unguibus bisectis, sine cauda, Pilorum Color variegatus, ex luteo castaneus & maculis quasi superbit: in abdomine cinerei, in Capite ex albo & cinereo castanei, sunt & longissimi. Cæterum in abdomine non longè à posterioribus pedibus, Eminentia quædam est, rotunda & dura, Ovi gallinacei mediocris magnitudine, pilis albis, iisque non flexuosis, sed rectis, & ad folliculi fastigium porrectis obsita. Circa cujus partem inferiorem unica utrinque Caruncula apparet, qualis etiam, licet paulò major, non longè ab istis à sinistro conspicitur latere. Is autem Eminentia aut Tumor, nihil aliud est, nisi Folliculus quidam, in quo moschus, Saniei instar, colligitur. Præterea totum animal est moschus, seu moschiferum: nempe non tantum ex Testiculis animalium horum potest colligi præstantissimum moschi genus, sed animal captum fustibus, probè contusum & interfectum, ut in toto Corpore sit. Sanguis suffusus, ut ut jam incipiat putrescere, omnis tamen Sanguis suffusus similem dat odorem moscho, & hic est moschus adulteratus, qui ad nos solet adferri pro legitimo, ut ut ille sit legitimus, qui ex Folliculo ad Umbilicum sito, colligitur. Germ. *Biesam*. Plura legenda sunt apud superius dictos, & alios Authores.

Mosel, id est Jupiter ꝛ. Stannum. Germ. *Zinn* / vid. *masellum*.

Mosyllon, est epitheton Cinamomi optimi. vid. *Gal. lib. de Theriaca*.

Motal, est Drachma. ꝓ. ðij. sive gr. 60. *Johns. 2. Lex. fol. 6.*

Motos, vid. Linimentum. Germ. *Sälblein*. *Lexic. Brun.*

Moxa, venit ex China & Japan. Lanugo quædam est ab inferiore parte Arthemisiæ foliis accrescens, quæ Scalpello abraditur, & postea caro pretio venum exponitur. Inservit ustioni, eodem modo, ut in Ægypto Gossypium, & olim Hippocratis tempore fungi simil. Sed magis fusca ex America allata. *Lexic. Blanc.*

Moz, id est Myrrha. Germ. *Myrrhen*. *Johns. Lexic. 2. fol. 6.*

Mucago, *Mucilago*, *Muscilago*, est Liquor viscosus ac tenax, vel est Extractio viscosa vel viscida mediante Aquâ ex Gummi, Radicibus & Seminibus &c. facta. Germ. *Schleim*.

Mucarum, seu *Mucharum*, Vocabulum Barbarum est, fit beneficio Aquæ ferventis per infusionem multiplicem cum Rosis Damascenis, seu pallidis. Aliquando etiam Mucharum Violarum tali modo præparatur.

Muchiden, id est, Stypticus Sapor. *Galenus Lib. I. de Simpl. Med.*

Mucilago, est Liquor viscosus & glutinosus. Germ. Schleim/ vid. Mucago.
Mucilago seu Gluten de Tritico, materia prima Ranarum, est Sperma Ranarum.
 Germ. Froschleisch.

Mulier, Chymici Mulierem vocant & rium, seu Argentum vivum, quemadmodum ♂ Maritum. *Tb. Chym.* Vol. VI. pag. 179.

Mullus, vocatur Piscis marinus, vel potius littoralis, squamosus. vid. *Gal.*
Draco marinus, *Jul. Alex.* & *Aldrov.*

Mulsa, est Mulsum. Germ. Meth. vid. Hydromel.

Mulsum acidum, & *Acetum mulsum*, vid. Oxymel. Germ. Essig: Meth.

Multinodia, *Pedulum*, est Polygonum. Germ. Weegtridt. vid. Herb.

Multipeda, *Millepeda* & *Millepedes*. Germ. Kesser: Eselgen. Vid. Afelli.

Multiplicatio, frequenter usurpatur à Spagyricis, præsertim in negotio Lapidis Philosophici, in quo Multiplicatio est res, quæ facit augmentum Medicinæ in Colore, Odore, Virtute & Quantitate: Nam est Ignis, qui excitatus nunquam moritur, sed semper secum habitat, cujus una Scintilla potest excitare plus Ignis in Virtute multiplicati. Vol. II. pag. 116. Modos multiplicandi in Lapide vid. Vol. III. pag. 38. 397. Vol. IV. & VI. &c.
 Sign. *Mu.*

Mum, i. e. Cera. germ. Wachs. *Avicenn.*

Mumia, Vocabulum est Arabicum vel Persicum, sed hodieq; variæ significationis. Ejus habentur IV. Species: Arabum nempe, quæ est Liquamen seu Liquor concretus, exudans in Sepulchro à Cadaveribus, Aloë, Myrrha, Balsamoque conditis. Altera Ægyptiorum est, sive Liquamen ex Cadaveribus Pissasphalto conditis, nimirum, hoc condiebantur Cadavera & vilioris Sortis adeoque; & ipsamet Cadavera nonnunquam eo modo condita prostant. Tertia, Pissasphaltum factitium, id est mixtum Picbitumen, quod pro Mumia venditant. IV. Cadaver sub Æna Solis æstu torrefactum; fitque in Hammoniarum Regione, quæ est inter Cyrenarum Regionem & Alexandriam, ubi arenarum Syrtes ventorum turbine sublatae incautos Viatores obruunt, unde horum Cadavera à flagrante Solis æstu torrentur & exarescunt. Omnium præstat prior species. Sed putatur nos optimâ ratione posse carere hoc Medicamento suspecto & nauseabundo. vid. *Schræd. Hoff. Chiocc. Mus. Mart. Rul. & Johnson.*

Mumia, dicitur non solum humana Caro, Balsamò condita, sed etiam alia quæque; non per se mortua, sed occisa, & medicata, curativæ Facultatis. *Mart. Rul. & Johnson.*

Mumia Elementorum, est Balsamus Elementorum externorum. *Mart. Rul. & Johnf.*

Mumia Græcorum, vid. Pissasphaltum. Germ. Erd: Pech/ Berg: Pech/ Pech: Zeim/ oder Zeim: Pech.

Mumia Medullæ, vel *de Medullis*, sunt Ossium ipsæ Medullæ. Germ. Mark. *Mart. Rul. & Johnf.*

Mumia Satyrii, est Medicamentum ex Satyrio paratum, cujus Descriptionem tradidit *Casp. Rejes C. El. p. 44. num. 20.*

Mumia transmarina, dicitur Manna. *Mart. Rul. & Johnf. Parac.*

Mumia versa, est Liquor Mumia. *Mart. Rul. & John.*

Mundatio, *Depuratio*, sive *Purificatio*, est, quando Medicamenta à Pulvere, Corticibus, aliisque immundis purgantur. Germ. Säuberung.

Mundificativum, est tale Medicamentum, quo Ulcera à sordibus purgantur. Germ. Säuberende Mittel. *Lex. Blanc.*

Muraba, est Conditum aliquod, sicut Rosæ, Violæ, Mirobalani, & cæteri Fructus conditi. *Matth. Sylvat.*

Muralis Herba, est Parietaria. Germ. St. Peters: Kraut. vid. Herbas.

Murena, Piscis dicitur oblongus, teres, & lubricus, carens Squamis, similis quodammodo Anguillæ. vid. *Aldrov. & Jul. Alex.*

Murex,

Murex, è Concharum asperarum genere est, differens à Purpura. vid. *Ald.* lib. 3. de Testac. cap. 8. *Jung. Rhod. ad Scrib. n. 104.*

muria, vide Halme, Salsilago, vel Condituræ falsamentariæ, Jus, Liqueorve. *Lex. Brunon.*

muria factitia cum miscemus Cœlesti ∇ æ, Salis parum. *Mart. Rul.*

Muria, (*Garum*) est Brodium falsum, quò Halec vel alius Piscis conditus fuerit, Clysteribus in coxendicis dolore & Hydrope; mundificat Ulcera foetida, Gangrænam cohibet, &c.

Muriana tiva, est ∇ marina, vel illa, unde coquitur Sal nostrum, ut fit Hallis Saxonici, & in aliis locis.

Muria quoq; dicitur menstruum foetens, ∇ fortis. *Mart. Rul. & Johnsonus.*

Muricus, i. e. Tamariscus. Germ. *Tamarisken-Holz. Steph.*

muris alpini, seu montani Pinguedo. Germ. *Murmeltbier: oder Murmentele & Schmalz / Adeps murmenti, marmotæ, murmurei, vel Gliris alpini, seu montani, & Alpium altissimarum Incolæ; magnitudine Cuniculæ ferè superantis hieme integrâ dormitantis.*

murmentum, marmota, est Glis alpinus. vid. *muris alpini Pinguedo.*

Murpur, Æsest, seu Cuprum. ♀. Germ. *Rupffer.* vid. *Venus macrocosmi.*

murrha, dicitur Lapis Chalcedonius, vel Gemma, quæ præcipuè in Germania ex Humore sub ∇ ra Solis æstu concreto, velut Lyncurium coalescit, quæque non splendet, sed purpureis & coruscis in candore maculis versicolor, veluti Murena Piscis nitet. Inde Myrrhina vel murrhea vasa parata, quæ Vini saporem fovebant. vid. *Lang. lib. 1. Ep. 29.*

Murteum, pro *myrteum*, uti & murtus pro myrtus. vid. *Lex. Scrib. Rhodii.*

Mus alpinus, vid. *muris alpini Pinguedo.* Germ. *Murmeltbier: Schmalz.*

Mus terrenus, vid. Talpa. Germ. *Maulwurff / Moltwurff / oder Scheers Mäuß.*

Musadi, muzadir, Misadir, Lixandram, id est Sal armoniacum. *. *M. Rul.*

Musca, Insectum vocatur æstatis tempore notissimum, cujus varia quidem sunt Genera, ad usum verò medicum saltem vulgare recipitur. vid. *Aldr.* lib. 3. de Insectis Cap. 1. & *Schroed.*

Musca Hispanica, Germ. *Spanische Fliegen / vid. Cantharides.*

Muscerda, id est Fimus sive Stercus Murium. Germ. *Mäuß-Roth / oder Mäuß-drecklein / cujus usus medicus est notissimus, v. gr. ad Glandes pro Alvo stimulanda. Lex. Brunon.*

Muschus, seu *Moschus*, Germ. *Biesem / vid. moschus.*

Muscus arboreus, est Pulmonaria Quercina. Germ. *Eichen Lungen-Kraut.*

Muscus Capillaris, vid. Adiantum. Germ. *Stein-Färlen.*

Muscus Crauii humani, vid. Usnea. Germ. *Moos von Menschen: Hirnschalen.*

Muscus, dicitur Excrementum herbaceum, instar lanuginis Corticibus arborum vel Osibus aëri expositis, adnascens. Dicitur & Usnea.

Muscus marinus, Germ. *Meer-Moos.* vid. *Corallina.* Germ. *Corallen: Moos.*

Muscus pulmonarius, vid. *Herba Pulmonaria arborea.*

Muscus saxatilis, Germ. *Stein-Leber: oder Lungen-Kraut.* vid. *Lichen.*

Muscus serpentinus, seu *anguinus*, Germ. *Schlangen-Moos / Rasen: Leiterlein.* vid. *Lycopodium.*

Muscus terrestris elevatus, vid. *Lycopodium, & Sem. Lycopodii.*

Mustarda, quasi mustum ardens, quoniam habet Saporem acrem, & quasi ardentem & parata: est ex musto & Sinapi $\bar{\sigma}$ sato, nominatur quoq; Conditum salinum volatile, vid. *Sibezius.*

Mustus est Calx ista alba in Urina veluti Pinguedo. Germ. *Ein Wasser: Kalch des Harns.* *Mart. Rul. & Johnsonus.*

Mustus, seu *Mustum concentratum*, sunt Passæ, seu Passulæ.

Mustus, seu *Mustum*, vid. *Gleucos*, vocatur etiam *Deucos & Glaucos.* Est Succus ex Pomis, Pyris, & Uvis maturis expressus. Germ. *Wein: Aepffel: oder Birn-Most.* *Hippocr. lib. 2. &c.*

Myax, Mutulus, seu mytulus, dicitur de Conchis marinis & fluviatilibus communibus. vid. *Aldr.* lib. 3. de Testac. cap. 71.

Myacantha, Chamæmyrthus, Cyrenia, Genitura Herculis, Hieromyrtus, Palma murina, vid. *Rad. Brusci.* Germ. *Brustten: Wurzel.*

Myces, sive Fungus, Germ. *Schwam.* vid. *Fungus.*

Myelos, est Medulla. Germ. *Marct /* vid. *Medulla.*

Mygale, est Mus araneus, ita dictus, quod sit Muris species, colore autem mustelam referat, cujus morsus venenatus habetur, ut patet ex Foresto, l. 30. Obs. 12. Lang. lib. 1. Ep. 68. Pleniorem historiam Muris aranei cum usu & noxa, vid. Aldrov. lib. 2. de Quadrup. d. c. 33.

Myja, id est Musca. Germ. *Eine Fliege.* vid. *Musca.*

Mylos, est Nomen Piscis marini, cujus meminit Galen lib. 3. Al. Fac. c. 31.

Myracopum, & Myracopon, est epitheton Medicamenti Topici, quod Lasitudines tollit, cum quadam odoris suavitate. Galen. lib. 7. cap. 112. Estque vulgò Unguentum. Lex. Brun.

Myrica & Myrice, Tamariscus & Tamarix, seu Myrix. vid. *Cortices Tamaricis.* Germ. *Tamarissen Rinden.*

Myricetum, est Campus vel Locus ubi Genista nascitur. Johnsonus.

Myrinum, Murrinum, Myrrhinum, dicebatur Vinum, cui Unguentum superfusum erat, de quo Linden. ex X. §. 162. seq.

Myristica Nux, Aromatica Nux, vid. *Nux Moschata.* Germ. *Moschaten Nuss.*

Myrmecia. Germ. *Ameise.* vid. *Formica.*

Myrmecites, Lapis dicitur formicarius, vel repentis Formicæ effigiem habens. vid. Aldrov. lib. 5. de Insectis cap. 1.

Myrmex, Myrmecia, id est Formica. Germ. *Ameise /* vid. *Formica.*

Myrobalana, seu Myrobalani, Fructus sunt ex numero Prunorum exoticorum, veteribus Græcis incogniti, ab Arabibus primùm inventi sunt 5. Genera Myrobalanorum, nempe: Chebuli, Citrini, Bellirici, Indi, Emblici. Chebuli omnium maximi sunt, oblongi, intus Nucleum continentes; externè colore fusco, & vocantur Quebolia, & Quebuli, Cepulæ, Chepulæ & Chebulæ, maximi, oblongi, angulosi. II. Citrini, externè sunt colore citrino & teretes, oblongi & ventricosi, dicuntur lutei, flavi, citrini. Intus Nucleum habent, ipsorum Arbor Folia instar Amygdali habet. III. Bellerici, sive Bellirici etiam oblongi sunt, Cucurbitâ referentes, eorum Arbor Folia habet instar Lauri, vocantur & Belleregi, Bellilegi, Bellegu, rotundæ Belliricæ. IV. Indi, sunt oblongi & nigri, prioribus minores, quorum Arbor Folia habet instar Amygdali, vel ut alii volunt Salicis, vocantur & Inda & Damasonia & nigra, Myrobalanæ nigræ octangulares. V. Emblici rotundi quidem sunt, sed semper ferè in frustra fissi. Folia habent tenuia in modum ferè Salicis; appellantur & Embelgi, Emblegi, Ambegi, Myrobolani de Seni, Serapioni, Senitici, Empelica, Empelitica, Emplica. Omnes illæ Species Pruni sunt, & inter eas censerì debent, quamvis Foliis, Regione & Fructuum Figura ab invicem differant: Omnes quoque purgant & astringunt, ferè ut Rhabbarbarum. Eligendi sunt semper carnosiores, crassiores & ponderosiores. Plura dari Genera quàm quinque vult Velschius. Ephem. Nat. Cur. Ann. III. Observ. XXXII.

Myrocopus est ille, qui fecit aut vendit Unguenta. Johns.

Myron, idem est, quod Unguentum. Johnsonus.

Myropola, est Unguentarius, qui Unguenta vendit. Germ. Salben: Verkauffer.

Myropissoceron, est Nomen Medicamenti compositi ad Alopecigias, cujus meminit Soranus in Compositione Pharmac. quam citat Galen.

Myrrha, Antiquis etiã Murrha, Gummi, s. Lachryma, seu concretus & gummeus Succus est cujusdam Arboris, quæ in multis Arabiæ Regionibus & montosis & planis

planis nascitur, nec non in Americæ & Caldeæ locis. Ad nos affertur ex India & Alexandria Ægypti, Ceilon, Candi, Java & Pegu. Germ. Myrrhen. Eligenda est recens, fragilis, levis, undique concolor, quæ contracta, Venas Unguium modo candidas & leves ostendat, minutis Glebis, amara, acris, odorata, calefaciens: Supervacua & inutilis est ponderosa, coloris picei. &c.

Myrrhastillatitia, seu *Balsamum Peruvianum*, Germ. Peruvianischer Balsam / oder Balsam von Peru / vid. Bals. Peruvianum.

Myrsinaton, est nomen Emplastri. vid. *Ægineta* lib. 7. cap. 17.

Myrsinites, idem quod Myrrhinites, id est Vinum Myrrhotum. Linden.

Myrta sylvestris, seu vulg. *Vaccinia nigra*, & *Idea nigra*, Germ. Hengel-Beer / Steudel-Beer / Trock-Beer / Drumpel-Beer / Bickel-Beer / Ros-Beer / und Schwarz-Beer. &c.

Mytha cantha Lob. *Bruscum*, *Bruscus* & *Ruscus*, vid. Rad. Brusci. Germ. Mäusdorn-Beutel.

Myrthus italica, seu *Myrthi Bacca vera*, & *Tarentina*. Germ. Weissche Hengelbeer / Myrten-Beer / Myrtellen-Baum. Arbor frequens est in Italia & Gallia aliisque peregrinis Regionibus. Bacca ejus ad nos delatae præferuntur (tanquam) recentes, plenæ, succulentæ, odoratæ, grandes & benè nutritæ.

Myrtidanon, triplicem habet Significationem: Apud *Dioscorid.* significat aliquid Myrto adnascens, inæquale & verrucosum, ejusdem coloris, quod perinde quasi manus caudicem Myrti amplectitur, *Diosc.* lib. 1. cap. 156. Hoc *Galen.* vocat Myrtada lib. 7. de S. F. Apud *Hippocr.* significat Fructum vel Plantam, quam Persæ Piper Indicum vocant, lib. 2. de Morb. Mul. LXXXIV. 8. Apud *Plinium* Myrtidanum Vinum dicitur, ex Myrti Sylvestris Baccis confectum. lib. 14. c. 16. notante *Foes.* p. 421.

Myrtillus, seu *Vitis Idea nigra*, *Myrtus vulgaris*, & *Pseudo-myrtus*. Germ. Hengelbeer / Stauden Krockbeer / Drumpelbeer / Stichelbeer / Rosbeer / und Schwarzbeer: Stauden. Fructus colligitur & exsiccat Pleniunio. Nascitur in Montibus & Sylvis.

Myrtus acuta, seu *sylvestris*, *oxymyr sine*, *Spina murina*, vid. Rad. Brusci. Germ. Mäusdorn-Beutel.

Myrtus vulgaris, *Pseudo-myrtus*, vid. Myrtillus.

Myrus, vocatur Piscis murænæ mas, vid. *Jul. Alex.* & *Aldrov.*

Mysterion, vid. *Tetrpharmacum*, sive *Tetrpharmacum*.

Mysterium, est Essentia interioris Naturæ, totius Substantiæ in subtili reconditaque materiæ parte vehens, &c. *Mart. Rul. & Johns.*

Mysterium Hellebori nigri, est scil. de Foliis Hellebori nigri. *Paracels.* per membra principalia vulnus curari debet, ut Capitis per Cerebella, Hepatis per Hepatica, & sic in aliis. *Parac.*

Mysterium magnum, primum omnium rerum Materia, Principium & mater cunctarum corruptibilium Creaturarum DEI est, Chaos illud rude. Germ. Die erste Materie und Anfang aller Geschöpfte Gottes. *Mart. Rul. & Johns.*

Mystron, mensura est Liquidorum apud Atticos, tres Drachmas $\text{z}ij$. ponderales capiens vel Cochlear 1. min. cum quarta parte.

Mytoton, dicitur Intritum vel Pulmentum ex allio & nigra Oliva compositum, quod in Cibo movet \square nam, Venarum Orificia aperit & Hydropicis conducit. *Dioscorid.* lib. 2. cap. 182. quamvis & alia admista fuerint, Cepa, Porrum, Acetum, Caseus. &c. meminit *Hippocr.* lib. de visu III. 9. lib. 2. Epid. 6. 54. &c.

Mytulus & *mutulus*, vid. Myax vel mutulus.

Myva, vel *miva*, vid. miva. Germ. Eingefochter Safft.

Myxa, *Myxaria*, vid. Sebesten. Germ. Schwarze Brust-Beer.